



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Cella monachorum, hodie Ethonis monasterium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

Cella monachorum, hodie Ethonis monasterium.

700.

ID situm est ad Nigram siluam prope Kentzingum, non procul à Rheno, fundatum, que anno circiter Christi 700. à *Vigero* vel *Vvingerno* monacho, postea Argentinensi Episcopo Anno 734. renouatum est auctumque ab *Ethone* Comite Haspurgico, qui eiusdem loci primus Abbas fuit, ac demum Argentinensis Episcopus: à quo Ethonis monasterium hodieque dicitur: vnde & versus isti nati.

Anno ter deno septingentesimo quarto, Antistes claustrum renouando condidit Etho.

CAPVT. XXXIII.

EPTERNACENSE

S. Vuillibrordi monasterium, in Ducatu Luceburgensi, tertio à Treueris milliari.

EPternacum apud Leucos (à quibus Luceburgenses, seu Leuceburgenses nomen traxisse videntur) vetustum est opidum, quod originem ac florem suum debet illustri huic cœnobio per B. V Villibrordum, Batauorum ac Frisorum Apostolum, à fundamentis excitato. Porro Epternacensis agri medietatem vnam

Pipi-